



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ignatius Fialho.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

circò publico edicto Lusitanis omnibus interdicit absolute navigationem & cõmerciũ Japoniẽ sub pœna mortis, & comburendæ navis ac merciũ. Die 4. Augusti 1639.

Hinc liquidò patet, exiliũ, & mortes Christianis apud Iapones odio fidei irrogari.

P. Ignatius Fialho.

In Mogoris imperio cùm secundo successu res fluere viderentur, Rege mortuo, filius, Mahometi æquo tenacior successus est; qui rem Christianam miserè perturbavit, & multos ad vomitum redire coëgit. In ea tempestate P. Ignatius cùm Christianos ad retinendam in suscepta religione cõstantiam acriter hortaretur, & Cruci affixi Christi effigiem manu efferens ostentaret, gladijs

*Lusitan^o.
in Mogorea.*

*incerto
mense
1633.*

Fides.

S

plu-

pluribus vulneratus, in opere nobili vitæ finem imposuit.

P. Petrus Andreas de Zamora Novitius.

*Hispanus.
in Philip-
pinis.
28. Dec.
1639.*

Charitas.

In insula Mindanao videbatur semen fidei Christianæ nuper à Marcello Mastrillo iactum bonam messem promittere. P. Petrus Societate iterum impetratâ, in ea secundum tiro, ad eius agri cultivationem destinatus est; quia virtute iam benè maturus. Apud Buhayenses milites egregia de illius sâctimonia fuit opinio, cum suo corpori pessimè faceret, alijs verò quàm optimè facere pro viribus conniteretur, nobili flagrantia charitatis. In omni rerum ad vitam degendam necessariorum penuriâ superabundabat gaudio, & valebat firmus cor-
po-